Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



17

& intende & prospere procede & regna. propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam,
Nemo enim terrae istum pro mansuetudine reddit superbia porro reddit. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Luctus hic non mortuorum ponitur communem legem naturae. Sed peccatis & vitiis mortuorum. Sic fleuit & Ramuhel raulem quia penituerat dominum quod unxisset & eum regem fecisset. Sic & paulus apostolus flere ac lugere se dicit eos qui post fornicationem & inmunditiam non egerunt penitentiam. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. non nobis sufficit velle iustitiam nisi iustitiae patiamur famem ut sub hoc exemplo nunquam nos satis iustos reddemus esse iustitiae operam intellegamus
Beati misericordes. misericordia nostrum in eleemosinis intellegitur. sed in omni peccato fratris aliter alterius onera portemus
Beati mundo corde quoniam ipsi dominum videbunt. quos non arguit conscientia ulla peccatis mundus mundo corde conspicitur. templum dei non potest esse pollutum.
Beati pacifici qui primum in corde suo deinde inter fratres dissidentes pacem faciunt.